



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens Primordia Christianæ Religionis Per Boiariam Et Loca quædam vicina; Catalogum videlicet & ordinariam successionem Archiepiscoporum Salisburgensium, & Coëpiscoporum, Frisingensium, Ratisponensium, Patauiensium, ac Brixinensium

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Literae eiusdem Pont. ad Ser[enissi]mum Bauariae Ducem Guilielmum.
Dilecto filio nobili viro Guilielmo Bauariae Duci.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13553

Coepiscoporum.

*Hilarius Perger Canonicus S. Viti Frising.**Tertius notarius apud tertiam classē granaminum.**Dominus Hieronimus Anfang.**Reuerendis. à consilijs & pröthonotariis.**Adiunctus magister Sebastianus Rheindel Reuerendis: Episcopi Pataviensis à Secretis.*

XX. *Anno Domini 1583. institutus fuit conuentus Episcoporum in Bauaria, auctoritate & iussu Summi Pont. Gregorij XIII. & tractatum Monachij de Concordatis inter Episcopos & Bauaria Ducem, quemadmodum subsequentes litera summi Pont: & Reccessus partium consensu vtrinq; confectus & auctoritate sedis Apostolicæ roboratus ostendunt.*

*Litera Gregorij PP. XIII. ad Episcopos Bauaria.**Venerabilibus fratribus Episcopis Bauaria congregatis,*

GREGORIVS PP. XIII.

Venerabiles fratres salutem, & Apostolicam ben. vestra singularis prudentia, & pietas spectatissima facit, vt in isto conuentu omnia à vobis expectemus, quæ quidem possunt expectari à pastoribus optimis, & Christi gloriæ, sanctæque eius Ecclesiæ dignitatis studiosissimis, nec dubitamus, quin vtrique causæ omni cura & vigilantia inseruituri sitis, neque vlla in re vestro officio & muneris defuturi. Itaque nihil est, quod hortemur, vt tales esse velitis, quales vos esse certum habemus. Restat igitur, vt Venerabilis fratris Feliciani Episcopi Scalensis Nuncij nostri verbis omnem fidem tribuat, vtque ea decernatis, quæ negotiorum ipsorum grauitas flagitat, quæque vestra caritas pollicetur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXIX. Ianuarij. M. D. LXXXIII Pontificatus nostri Anno Vndecimo.

Ant: Buccapadulius.

*Litera eiusdem Pont. ad Ser.^{num} Bauariæ Ducem Guilielmum.**Dilecto filio nobili viro Guilielmo Bauaria Duci.*

GREGORIVS PP. XIII.

Dilecte fili, nobilis vir, salutem, & Apostolicam ben. Negotium susceptum à Venerabili fratre Feliciano, Episcopo Scalense Nuncio nostro de Episcoporum istius regionis Conuentu istic Bauariæ habendo, grauissimum est, pertinetque magnopere ad Christi gloriam, sanctæque eius Ecclesiæ dignitatem, cuius vtriusque causæ nobilitatem tuam semper studiosissimam cognouimus, quo maiore etiam cum spe hortamur, & rogamus, vt velis rem confici, optima omnia ab illorum prudentia, & pietate expectanda erunt, vbi eorum decreta cognouerimus, facile perspicias nostram paternam, tibi que vt speramus hactenus non incognitam erga te caritatem, & studium laudis tuæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXIX. Ianuarij. M. D. LXXXIII. Pontificatus nostri Anno Vndecimo.

Ant: Buccapadulius.

Reces-